

Sicut in Iride plures quidem cernuntur colores, nemo tamen ab uno ad alterum ita transire potest, ut distincte dicere queat, ubi prior color desinat, & posterior incipiat: ita virtutes adeo in medio consistunt, ut si parum vel ad dextram vel ad sinistram declinent, jam non a vitio discernantur. Hinc cito fit ut prudentia in malitiam, liberalitas in prodigalitatem, fortitudo in temeritatem declinet. D. 9. 93.

Judei dum solem obtenebrari, terram moveri, velum scindi, aliaque Christi pendens in cruce prodigia conspexerunt, in rabiem acti, voluerunt Christi, quem adhuc vivere putarunt, crura & brachia frangere, sicut postea latronibus fregerunt. Quid egerunt? accesserunt Pilatum cum hoc pretextu, esse contra sanctificationem Festi, ut corpora in cruce remaneret Sabbato! hoc pretextu suam severiendi nequitiam palliabant. Ita sapius fit. Peccata pessima teguntur pallio sanctitatis, &c. *Costerus.*

Choreæ.

97. Sunt causa multorum peccatorum.

Quis satis explicet, quam innumera peccata fiant inter choreas, uti aspectus, cogitationes, & desideria turpia? &c. B. Ser. 23. n. 17. & seq.

Illa ingredientia, ex quibus conficitur atramentum secundum se albefcunt uti gallæ, aqua, & vitriolum: sed si coniungantur nigrescunt. Siles, & chalybis secundum se frigescunt, sed si colliduntur flammam dant. B. Ser. 23. n. 26.

Multa frigida exsitatione ita incallescunt, ut tandem ardere videantur, uti ferrum, lignum &c. rationem dant Philosophi; quia agitato igniculos colligit: ita agitato chorearum ignem Veneris colligit &c. Per vulpes colligatas Samson combullit segetes: vulpes colligatæ sunt personæ amantes, quæ late incendium turpis amoris propagant. B. Ser. 36. n. 18. Vide Titulum: *Familiaritas utriusque sexus.*

Sibaritæ solebant equos suos ad choreas juxta concentum fidium affluere. Scientes id Crotoriani; qui bella gerebant contra Sibaritæ, cum fistulis & cymbalis illis obviam iverunt, cumque equi saltatim incipientes exciterent sessorum, hi eruent strage deleti sunt. O quas strages non causat demon per concentus fidium &c. D. 9. 42.

Antiquitus Romæ non licuit mulieribus interesse spectaculis: Sempronius So-

phus ideo repudium dedit suæ conjugi; quia sine sua licentia interfuit spectaculis. *Spektatum veniunt, veniunt spektantur ut ille; iste locus casti damna pudoris habet.* D. 9. 75.

Philemon choreatus dum Christianum se simulat, & cruce se signat, subito a Deo illuminatus deposita simulatione vere fidei Christianam proficitur. Inter alia rogat Deum, ut suæ tibie ac filligine concremarentur: Et ecce! subito fulmine exultavit. Ipse factus est gloriosus Martyr. O si omnes tibie ludionum fulmine pessumdarentur, quæ fuerunt instrumenta peccati, paulo post omnes ludiones suis instrumentis essent destituti. Sanchez 6. part. c. 9. fol. 830. R. 1. part. mir. 14.

98. Sunt occasio ad multa peccata.

Moyse & Josue descendentes de monte putabant unus audire ululatum pugnae, alter vocem cantantium, & uterque bene, quia saepe cantus chorearum in ululatum bellorum definit. S. punct. 29. fol. 70.

Hinc SS. PP. choreas improbant tanquam corruptelam, S. Augustinus ait: *S. Aug. Præstares sepius juvenes sive aratri ducere, & puellas colum trahere, quam saltare.* Ulterius dicunt SS. PP. choreas esse circulum, cujus centrum est Satan: esse inferni processionem, cujus choragus est demon. Dicunt habere originem ab idololatriæ Israelitis, &c. Marchant. tr. 3. de char. lect. 10. fol. 515.

Periculum chorearum in hoc consistit, quod difficile sit videndo non commoveri, tangendo non aduri, vestitu non superpire. Cum ex concussione etiam duorum frigidorum lapidum ignis excutitur, quis credes ex tanta familiaritate viri & mulieris concupiscentiæ ignem non excitari? &c. March. tr. 3. de car. lect. 10. fol. 516.

Puella in Brabantia libenter choreas ducens baculo, quo pila percussit, occiditur. E. Verb. *Chorea* n. 3.

Nobilis puella a matre & fororibus abducta ad tripudium, & ad id a juvene invitata, dum oculos levar, videt Crucifixum sanguine manantem, dicentemque: Vide filia, quam graviter me afficit tua levitas, & periculum, in quod te conicis! dein aperuit visionem Matri, & abierunt a periculo. T. n. 189.

S. Aloysius ad solemne epulum ab avunculo invitatus, cum a Nobili puella ad choreas provocaretur, se clam abripuit, inventus dein in angusto servulorum cubiculo totus extra sensus genuflexus orare. T. n. 197.

99. Puniantur a Deo.

Soror B. Damiani in purgatorio quindecim dies ardet, quia aliquando cantus Chorzantium in platea audivit: quid si ad choros saltasset? S. punct. 114. fol. 347.

Quidam Robertus Sacerdos nocte Nativitatis Domini a Chorzantium in re Divina turbatus precatur illis, ut per integrum annum sine requie & intermissione deberent choreas producere, quod & factum est. D. 3. 24. March. tr. 3. de car. lect. 10. fol. 516.

Sub Rudolpho I. Traiesti juvenes in ponte saltabant, cum Venerabile Sacramentum deserretur non desistebant, pons fractus est, & ducenti perierunt. March. fol. 515. in fine.

S. Eligius in die S. Petri dehortatur chorizantes ab hac levitate: cum non audirentur, impetravit, ut a demonibus obsiderentur, quinquaginta homines fuerunt obfessi: integro anno permisit eos cruciari, dein in die anniversaria eos liberavit. Marchant. tr. 3. lect. 10. fol. 516.

Puella post diurnas saltationes a malo demone obsidetur, a quo per innocentem juvenem dein liberatur. E. Verbo *Chorea* num. 2.

Dicis forte: *Chorea* malum non sunt! Respondeo si malum non sunt, cur ergo a Deo tam luculenter puniuntur? Puella saltans a demonibus toto corpore aduritur. E. Verbo *Chorea* n. 7. In nuptiis domus repente igne confagrat centum & octoginta personis extinctis. lb. nu. 11. & 12. Duo juvenes ad locum, ubi choreæ agebantur, devenerunt. Paulo post homicidio ibi in vicinia factu, unus inter complices captus, & capitis damnatus est. T. n. 196.

Pericula, seu Illicia peccati.

100. Cautè fugienda sunt.

Sacer Proverbiales ait: *Callidus videt malum, & abscondit se, quod monito indicare vult, quod sapiens in periculo tam spiritualibus quam temporalibus cavere sibi debeat.* O quanta sagacitate instruit natura vel ipsa animalia, ut fugiant, quæ sibi nociva sunt. Serpens in hyeme, ut frigus damna caveat, in nuptis, & lætibus, ubi aura est calidior, sese abscondit, ut ita vitam conservet. Item faciunt alia animalia: Concha contra polypos in sua testa se concludit. Polyppus cum hostem metuit, sub faxa se recipit.

Ostrea contra cancerum concham claudunt. Canceri dum crustam mutant, in sabulo mortuis similes latent. Erici contra venatorem in globum se colligunt. Crocodilli sua ova contra Nilii exundantis eluvium alio transferunt. Milvus hyberni mensibus later, & non nisi clementiore aura prodit. Apes dum pluvias presentium, ab alveari non recedunt. Grues dum maris tempestatem metuent, in litus se recipiunt. Sic oves, boves, equi, ceteraque animalia sibi consulunt. Cur non & homo idem agat? C. Prov. 22. n. 3.

Nauta periculosa maris loca, & syrtes submarinas erecta peridica signant.

Ille juvenis pessime seductus, post conversionem, dum ei amica obviaret dicens: En! Non nosse me! Ego sum! generose reposuit: At ego non sum ego! Nempe ad morem S. Pauli *vivo ego, non jam ego!* adeoque ille factus peccatorum cludenda sunt per abnegationem, &c. B. Ser. 62. n. 33. & seq.

Quisquis sapit, fuga quantocyus sibi consulat. S. punct. 32. & 33.

Samson maluit pugnare cum leone in via sibi obvio, quam fugere in vineas, ubi fuisse periculum gustandi vinum contra legem: ita fugienda sunt pericula. B. Ser. 45. 3. 5. n. 18.

Mala occasio.

101. Est incentivum peccati.

Bene Sara petiit ejici e domo Isaacem, ne Isaac pessimos mores afflaret: An tu e domo ejecisti famulum, aut ancillam, ut abrumperetur familiaritas inter filium aut filiam? An separasti liberos in uno lecto? &c. Si dicis, esse fratres & sorores: Quid tum? erant fratres & sorores, de quibus S. Antonius refert, quod soror tacta solum fratris manu tantam flammam in corde ipsius accendit, ut eam inestuose cognoverit. Erant fratres & sorores, quas sepelivit Job, & tamen curavit, ut separarentur, cavens ne forte masculinis membris feminina conjungeret, &c. B. Ser. 35. num. 29. & seq.

Lucus pessime alare debebat destrui tanquam occasio idololatriæ. B. Ser. 41. n. 11. Item Ser. 45. n. 18.

Quam diffidit deferatur occasio, exemplum est Esau, qui sibi imaginatus est, se primogenituram vendidit facile recuperaturum. Exemplum sunt Israelitæ, qui putabant, post quinque steriles annos se reddituros in patriam, & dein ultra centenos.

in Aegypto perduravit, ac infantes genuerunt. B. Sermon. 58. n. 11. & seq.

Dicit aliquis: Eſto frequentem occaſionem, non peccabo! Deciperis! Dic quot pueri in fornace fuerunt illaſi? Tres! Erras! dic quatuor! tu es quartus; majus enim miraculum eſt hominem in occaſione non peccare, quam in fornace non ardere! ait S. Chryſoſt. B. Sermon. 58. n. 39.

Dicis: Tentationem non habeo! Malum omen! canis domeſticus, & notos non allatrat! ſignum eſt, quod domeſticus ſis diaboli. B. Sermon. 58. n. 39.

De induſtria filet diabolus, ut ſecurum te putes. Lynx crudele animal in terram proſtratam, ſe mortuum ſimulat, ut ſimias, quibus inſidiatur, audaces reddat! quod ſi illa propius accedere non vereantur, ſubito exiliens illas occupat, & devorat. B. Sermon. 62. num. 11.

Corvus ex arca exiens, rediens, & iterum evolans, ac cadaveribus inhians, tandem ſubmerſus periit. S. punct. 32.

O quam caute Sancti declinantur occaſiones! S. Andreas Avellinus propter inconfideratum mendacium munere advocati ceſſit. In ejuſ Feſto 10. Novembr.

Petrus in atrium Pontificis intrans ad affatum ſeminæ turpiter Chriſtum negavit. Audite vero, quid poſt reſurrectionem Chriſti factum ſit! Mulieres ſandæ nuntiarunt Petro, Chriſtum reſurrexiſſe. Ille tamen non ixit cum illis, ſed præcurrit ad monumentum. Cur autem non comes ixit feminis? quia per feminam occidit: *Veteranus Petrus*, ait Sannicus Chryſologus, *feminam non audit*.

S. Chryſ.
Ser. 77.

Sic fugiende ſunt occaſiones, præſertim infirmis. S. punct. 9. de Paſſ. Dom.

Notite ingredi in Galgala locum ſuperſtitioſis, ne talis ingreſſus ſit nova occaſio idololatriæ! Ne aſcenderit in Bethaven: ubi vitulus Jeroſoam aſſervabatur, &c. Mulieres obtulerunt ſpectula in labrum: ſic amovende ſunt materia, & occaſiones peccati. S. punct. 107.

Joſephus fugit ex occaſione relicto etiam pallio. Lot hortatu Angeli ex Sodomitibus fugit in montem, Saul jubetur omnia Amalec demoliri, & Chriſtus præcipit, ut etiam oculos, ſi ſcandalum nobis ſint, eramus. Sanchez p. 5. c. 8.

Dicit aliquis, adibo occaſionem, ſed non cadam; tu male meritis vires tuas. Ad oras Guineæ ſub linea æquinoctiali eſt intenſiſſimus calor, quia Sol directe ſupra ſtans regionem adurit. Huic calori ferendo nemo par eſt, niſi qui ibi natiducatiſque ſunt: Luſitani quondam hanc

regionem pernavigare auſi ſunt, ſed contrario vento diutius detenti, omnes fere perierunt aſta, quia ex quadringentis tantum quinque manere ſuperſtitites. P. Carli in ſuo Aethiopia cap. 4. Sic fit in mala occaſione; ex quadringentis vix quinque enim peccato evadunt.

Moyſi licentiam dedit Pharao, ut facrificet, ſed inquitur, in terra hæc: Reſpondeo Moyſe, ſaltem petiit, ut non nimis procul abiret: iterum repugnante Moyſe, & triduanum iter medicante, voluit, ut ſaltem armenta & reculas relinqueret: ſed Moyſes repoſuit, non debere remanere unam unguam. Sic dæmon facit: primo laborat, ut peccatores remaneant in Aegypto, dein ut ſaltem non nimis procul abirent, reſervando priſtinas familiaritates, denique ut retinerent litteras, ægypta, munſcula &c. quia ſic ſperat peccatores ad peccatum redituros. Heumen. Joſeph accreſcens conc. 20.

Maligniſſimi Judæi ac Phariſæi ſtatu-erunt quidem JESUM non in die feſto Joan. 10.

occidere: verum cum proditor Judas oportunitatem illis occaſionem obtulit, crucifixerunt illum in feſtivitate Paſchali; Paſche enim ſignificat, præparatio ad Feſtum Paſchale. Ubi S. Chryſoſtomus ait: *Quamquam ita ſtatu-erunt; non tamen exſpectaverunt, ſed invento proditore occaſionem rapuerunt*. Opportunitas facit, ut velimus, quæ minime antea volebamus. Heumen. *ibid.* conc. 20.

Duo Apoſtoli tempore Paſſionis Domini-icæ peccarunt, Petrus & Judas, ſed facile conſueturari poſuit, primum veniam obtenturum, quia a perverſis abiit, & ſervit: alterum periturum, quia ad Phariſæos & Sacerdotes rediit, reſtituens pecuniam. Sic de peccatore cenſendum, qui redit poſtea ad occaſionem. *Colerus.*

Dicis: Utique Deus mandavit Angelis ſuis, ut nos cuſtodiant? verum eſt, ſed audi: ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis, non in præcipitiis. Segn. Man. na 22. Mart. num. 4. Vide Itul. *Luxuria. Vincit debet ſuſa oculos. Quid tibi necesse eſt in ea domo verſari*, ait S. Hieronymus, *in qua necesse habet quotidie aut perire aut vincere? Qui juxta viperam ſecuros ſonnos traxit, que eſt non percutiat, certe ſolicit? ſecurius eſt perire non poſſe, quam juxta periculum non perire.*

S. Hier.
Epiſt. 37.

Mala

Mala ſocietas.

102. *Depravat mores complicum.*

Orvi in Islandia ſunt albi coloris, & tamen crocitant. VV. art. diſc. font. 48. ex. 10. Quamquam igitur perverſi album colorem hypocriſice induant, tamen ex crocitate agnoſcantur.

Juvenis innocens pravæ ſocietati ſeſe adjungens, ut illibato pudore periculum averſet, tamen domum rediens ab Angelo ſonanti colopho percuffus & caſtigatus eſt. Intumuit maxilla compluribus diebus. E. Verbo *Angelus* num. 20.

Juvenis nobilis & ingenuus peſſime perverſit, ita ut tandem carnifici fuerit addiſtus. Ante ultimum ſupplicium, Res mira miriſſima! nactus eſt Sacerdotem, qui olium ſuis ejus Magiſter ſeu Profeſſor, & carniſcem, qui ſuit olium ejus condiciplius! T. n. 78.

Sara vidit Iſmaelem cum Iſaaco ludere, & ſtatim ab Abrahamo peſcit, ut eji-riatur e domo. Quare? quia ut ait Lyranus, ludus erat laſcivus: *Timens, ne ad ſimilia induceret Iſaac*. B. Sermon. n. 29. Vide Tit. *Familiaritas noxia*. Item B. Sermon. 36. num. 17. & ſeq.

Eludenda, & fugienda eſt cum omni cautela, & ſolicitudo. B. Ser. 62. n. 34. & ſeq. *Si per tuum ſcandalizat te, abſcinde eum*; ubi S. Hieronymus: ſi aliquis tibi ita conjunctus ſit, ut pes aut oculus, abſcinde, fuge. B. Ser. 58. n. 32. Et *ib.* §. 9.

Supra doſum meum fabricaverunt peccatores, id eſt, mali ſocii. Quomodo fabricatæ ſerunt? poſtquam primus faber iſtum tulit, mox omnes certatim percutunt. Perverſi ſocii, ait P. Mathias Faber, eundem in modum percutiunt doſum ſervatoris, dum in idem erimen conſpiciunt. B. Sermon. 85. n. 17.

Petrus in atrio inter malos ſocios malus factus eſt. S. punct. 9. de Paſſ. Dom. Et M. conc. 5. §. 1. n. 7.

Aegyptii, dum cum Iſraelitis egrediuntur, ita illos perverſunt, ut contra Deum murmurarent. M. conc. 5. §. 1. & c.

De agro illo Hacladama, qui emptus fuit pro ſepultura peregrinorum narratur, ejus terram eſt illius indolis, quod ſepulta cadavera intra 24. horas penitus abumatur. Imperatrix Helena aliquot naves ea terra repletas Romam vexit, & etiam Romæ hæc terra id operatur. Simili modo mala ſocietas ſtatim corrumpit. D. 8. 44.

S. Apoſtolus Paulus monet, ut caveamus

malam ſocietatem, quia corrumpunt bonos mores ſortia prava. Deus puni-turus Dathan, & Abiron ait, recedite ab his impiis, ne ex peccato eorum puniamini. Item veterum erat conjugium cum filiabus Chanaan. Tobias monuit filium, ut cum impiis non manducaret panem. Navicula Petri periclitatur ob Judam, Remigios ob Jonam. Petrus in atrio perverſit, Ammon a Jonadab ſeducitur. Sanchez 5. part. c. 3. fol. 390.

Mali ſocii ſunt diaboli, quibus dici poſteſt *Vos ex Patre diabolo eſtis*, non quidem natura, ſed imitatione; quia idem faciunt, quod diabolus pervertendo animas, &c. Segn. Man. 11. Sept. n. 1. ſeq.

Dicit aliquis: Ego me non conformabo ceteris, ſed inter malos bonos eſſe perſeverabo! &c. Bruxellis, ait Lipſius, carnis edoctus fuerat in macellum ire, pecuniam ferre, carnem in duabus corbibus referre: præſtitit id fideliter, & cum forte in reditu a canibus odorem carnis ſentientibus oppugnabatur, ſtrenue ſe defendebat: at ubi aliquando a multitudine obrutus videbat carnem eſſe perditam, ipſemet prandium una cum ceteris abſumpſit. VV. art. diſc. font. 28. Ex. 18. Sic ſit in mala ſocietate: tandem ceditur.

Deus diviſit lucem a tenebris, quod S. Auguſtinus ſic exponit: Diviſit Angelos bonos a malis, ne illi ab his depravarentur; quia nec Angelus tutus eſt inter malos. M. conc. 35. §. 1. n. 6.

Chriſtus ad Judam dixit: Inter facis, fac cito, idque ideo dixit, ut acceleraret ejus mortem; hinc noluit prius in cruce mori, quam Judas medius crepuit. Quare peſſimus homo ſuperſervet, & Apoſtoloſ ſuos perverteat. M. conc. 35. §. 1. n. 6.

35. Inter Prophetas prophetavit, inter improbos autem improbe egit. Petrus cum Chriſto conſtans fuit, inter ſatellites autem in atrio Chriſtum negavit. S. Ambroſius ait: *Non ſolum gentium, ſed Judæorum ſortia vitare debemus, quorum etiam conſultatio eſt magna pollutio*. S. Auguſtinus eſt maiorum ſortioſoſe pejo-riorem effectum ſatetur, &c. C. Jer. 42. v. 16.

Lipſus
conſtat.
p. 211
deſign.

S. Ambro-
ſio. de
Cenſ. Jan.

Conſortium cum muliere.

103. *Eſt periculoſiſſimum Viro.*

Quis unquam credidit Adamum tot gratis, & nature donis ornatum a muliere in ſcelus adducendum? Ex tamen inductus fuit. Diſcimus cauti eſſe! *Memento*, ait S. Hieron. *quod Paraſiſ colo-*

num

num de possessione sua egerit mulier . P. part. 2. dilo. 16. num. 19.

Mons cadens defuit. En ! non tantum arundines, & arbores moventur, sed etiam montes concuuntur: talis mons fuit David vifa Bethabara: talis mons fuit Salomon, qui non tantum Deotemplum, sed & falsis Diis delubra edificavit. S. punct. 33.

S. Cyprianus ait: Lubrica spes est, que inter fomenta peccandi saluari se sperat. S. Bernardus: Cum femina semper esse, & non cognoscere feminam, plus est, quam mortuum suscitare. S. punct. 33.

B. Andreas Fundanus Episcopus ex confortio sanctimonialis eo adducitur, ut eam blando verberare in tergo percusserit: de ea levitate demon in conciliabulo fociorum gloriatu est. B. Martinianus Monachus in mare ex insula se proiecit, ut fugiat feminam, quam illuc tempestas maris eiecit. S. punct. 31. seq.

Etiams filii Dei videntes filias hominum pulcras, ceciderunt: quid facient filii diaboli, si videant filias Belial? S. punct. 32. Item punct. 114.

Eva significat primam mulierem, Hebraea (cum aspiratione) significat colubrum: adde mulieri aspirationem, & colaber erit. S. punct. 33.

Quanta solitudine Viri sancti fuerunt consortium mulieris, S. Franciscus, S. Jordanus, S. Thomas Aquinas, S. Ludovicus & alii. C. Nu. 28. v. 18. ad finem.

Eheu ! Quid fiet, si huic consortio etiam solitudo accedat? Iosephus Aegyptius nunquam sine arbitris intravit cubiculum Dominae, ne mulier auderet ei soli inhonesta proponere. S. punct. 33.

Seneca ait: Omnia nobis mala solitudo persuadet. Et alibi: Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturi testis assistat. C. Exod. 4. v. 25.

Concupiscentia.

104. Inclinas ad peccatum, nisi frastentur.

S. Andrigal Lusitanie Princeps ursum mansuetum docuit, ut quotidie ex nemore ad suum conclave accedens, fores pedibus pulsaret. Id quondam imitati sunt rebelles, & Principem pessulum janue remouentem trucidarunt. VV. art. Discr. font. 62. Ex. 3. Sic etiam fit, si cum brutali concupiscentia luditor.

Sed quare Dominus Deus concupiscentiam non una cum peccato originali in Baptismo extirpat? ad quid servit illa?

Respondetur, servit. 1. ad spirituale exercitium: Deus dedit Israel totam terram, & tamen ibi remanserunt rebelles populi usque ad tempora Davidis: Quomodo ergo dedit Totam? Respondet S. Augustinus: Quia illa pars, quae nondum fuerat in possessionem data, iam fuit data in quamdam exercitationis utilitatem. B. Serm. 33. n. 11. 2. Christus non vult, ut otiose caelum lucremur: ideo non venit pacem mittere, sed gladium. B. Ser. 54. num. 16. & seq. S. punct. 108. &c. 3. Ut discamus frangere nociva concupiscentiae desideria, non sine merito: hinc illud: Carnis curam ne feceritis in desiderii. Ubi Origenes: Non negat carnis curam in necessariis, sed in concupiscentiis & desiderii. Et S. Gregorius ait: Saepe incaute dum necessitati concedimus, desiderii deseruimus. S. punct. 114. Item B. Serm. 49. §. 5.

Una concupiscentia superata, succedit & tentat nos alia, ut semper vigilare, & dimicare debeamus. Obsessamini homini, ait S. Cypr. & undique Zabuli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si avaritia prostrata est, exurgit libidinis, &c. Tentat nos concupiscentia. 1. Sicut Eva tentavit Adamum ad comedendum pomum. 2. Tentat ut febris febricitantem ad bibendam aquam sibi nocivam. 3. Tentat ut vulpes canem, ad invadendam, & devorandam secum gallinam. 4. Tentat ut scabies, & purgigo, quam si scabas stillationem, & mox dolorem senties. C. in Ep. 1. Jac. v. 14.

Concupiscentia est causa intrinseca tentationis, & peccati: extrinseca vero fuit demon ut mundus, id est, parvi focii 2. cognati, amici, &c. Sed he extrinsecas tentant per intrinsecam, suscitando concupiscentiam propositione boni delectabilis, ut ad illud voluntatem abripiat. C. in 1. Ep. Jac. v. 14.

Juxta S. Augustinum, concupiscentia non est aliqua qualitas positiva superaddita potentiae animae, videlicet appetitui interiori & voluntati, sed est ipsa inclinatio naturalis carens ordine rationis, quem velut in habitu effloebat iustitia originalis. Hinc non aliam reddit causam concupiscentiae, quam absentiam iustitiae originalis. C. in Ep. 1. Jac. v. 14.

Non est ex se peccatum. 1. Quia est pariens, peccatum autem est partus. 2. Quia motus concupiscentiae non sunt in nostra potestate, peccatum autem debet esse in nostra potestate. 3. Quia tales actus non sunt humani ac liberi, sed actus appetitus.

ius sensivivi pervertentes rationem, &c. C. in Ep. 1. Jac. v. 14.

Sed resistendum est primis initiis. Seneca ait: Non obtinebis ut desinas, si in Ep. 117. cipere permiseris: imbecillis est primo omnis affectus, deinde ipse se concitat, & vires dum procedit parat: excluditur facilius, quam expellitur. C. Ibid.

Curiositas nimia.

105. Occaso est multorum peccatorum.

Dina Jacobi filia gentiliu mulierum vestitum visura ingressa est urbem Sichem: sed visa a Principe urbis inhonorata est impudentissime! O quantae inimicitiae, bella, rapinae, incendia, & caedae fecuta sunt ex hac curiositate Dinae. B. Serm. 28. n. 16.

Curiosus obtutus radix est adulterii, ait S. Chrysofost. de peccato Davidis: Vifum enim sequitur cogitatio, cogitationem delectatio, delectationem consensus, consensus actio, actionem frequentatio, frequentationem consuetudo, consuetudinem desperatio. B. Ser. 26. n. 20. &c.

Evae curiositas in aspiciendo fructum vetitum, fuit praesidium infelicissimi peccati. S. punct. 114.

Eva, dum e Paradiso curiose prospicit, serpentem vider, unde tota ruinae origo. M. conc. 5. §. 2. n. 1.

S. Hieronymus deplorat, quod multum temporis perdatur per illud, Videre & videri, salutare & salutari, laudare & de trahere, audire & proloqui. Plutarchus ait: Intemperantia est curiosum esse, non aliter, quam esse adulterum. Hinc cohibendi fuit oculi, sicut fune canes venatici, ne ante tempus evagentur, &c. Cyprianus non apexit Pantheam, ut illi mire de venustate fuerit laudata, inquit, hoc ipso, quod pulchra sit, aspiciendam non esse. D. 7. §. 56.

Plinius incendium Vesuvii, Empedocles incendium Aethnae exploraturus, uterque perit. Sic nocet curiositas, infortunia corporis & animae post se trahit. D. 8. 14.

Quidam indignantur Adamo propter esum pomi. Huius surfuris alicui tradita fuit oculula pyxis cum mandato, ut illam non aperiret. Aperuit tamen victus curiositate, & ecce! avicula inclusa evolavit, cumque sic convincit, quod non minus esset curiosus Adamo. E. Verbo, Inobedientia, n. 7. Femina Romana cupiebat videre Sanctum Arsenium: venit in solitudinem. Cui

Arsenius: An ergo nihil habes, quod agas, nisi ut Arsenium videas? Sanchez P. 5. c. 3. fol. 439.

Athenienses mire fuerunt novorum avidi: Tonfor quidam, cum magnam Atheniensem in Sicilia elidit, ex terrore fuga clauso inauditi, relicta officina primus in urbe hoc nuntium evulgavit, & quia auctorem allegare non poterat, rota alligatus populi ludibrio fuit expostus: Mox adfuerunt nuntii ex ipsa clade profugi. Solutus est ergo tonfor a lictore, quem mox interrogavit: Sciretne de Nicia Duce, quomodo is perisset? Adeo inexpugnabile malum est novorum aviditas! Tales & hodie sunt nonnulli, & ideo, quia vera non semper suppetunt, nova fingunt, & fabulas narrant, saepe non sine damno fame alienae. Quare perniciosa est curiositas, & verbositas: Euclides rogatus, quid agerent Dii, & qua re delectarentur? Respondit: Cetera quidem ignoro, nisi curiosis illis odio esse, certo scio! Socrates nihil unquam de astris fermocinari auditus est: rogatus, cur? reposuit: Quod supra me, nihil ad me! &c. C. in Act. c. 17. v. 21.

Malum exemplum.

106. Causas multa peccata.

Jacob virgas maculosas in fonte posuit, ubi grex ovium bibebat, & sic ex aspectu virgarum foetus ovium contraxerunt maculas, ut agni generati sint maculosi. Sic malum exemplum causat maculas aspicientium. B. Serm. 34. §. 1.

Rex David deplorat: Erravi sicut ovium, quae perit. Cur ovi percuti te comparat? Nempse fit una ovis currit, omnes currunt, utur in flumen te praecipitent. Sic multi, qui Davidem peccantem viderunt, illam in malo secuti sunt, & ita David multos secum praecipitaverit in mortem suo malo exemplo. B. Serm. 34. n. 29.

Dum Principes, Iudices, Magistratus, adoraverunt Statuum Nabuchodonosoris, ait S. Hieronymus, quis ex populo non adoraret? B. Serm. 34. n. 30. Serm. 35. n. 2. & seq. Serm. 36. n. 11. Et Serm. 71. n. 24. & seq. Vide Tir, Peccata contra caritatem.

Dum Magdalena caput Christi unxit, Judas murrmuravit tanquam de prodigalitate; neque id mirum, quia fuit perversus homo. Sed mirum est, quod etiam alii discipuli probi ac Sancti murrmuraverint. Verum S. Thomas ait, quod pessimo Iudae exemplo fuerint seducti. M. conc. 35. §. 1. n. 3.

Respectus humanus.

107. *Causas peccata plurima.*

Cum Ludovicus XIII. Rex Galliarum Ducem Montmorancium suum cognatum perduellionis reum decapitari iussit, Marichio Castellionensis pro reo intercessit, inter alia affirmans, quod tota Natio Gallica tristeretur ob necem praestantissimi Viri, & diversa essent iudicia hac de re in populo: Rex reposuit, si ego affectum & iudicia populi curare vellem, Rex non essem. Sic etiam tu dic mi Christiane: si iudicia populi curare vellem, Christianus non essem. Theat. trag. hist. 36. n. 34.

S. Franciscus Romana cum aliquando ob respectum humanum, vana quarumdam colloquia compescere ausa non fuit, ab Angelo alapa percussa fuit. N.g. Mart. Item Annus Sacer 12. Maji Festo S. Epiphaniae.

Pilatius contra legem, & mentem damnat Christum ad mortem, humane iustitiae desitiam fecutus, ut proceribus Iudaeorum placeret, & non perderet Caesaris amicitiam. S. punct. 24.

Judaei Christum ad crucem damnant, ne veniant Romani, & occupent locum suum. Sed quantum fallit respectus humanus! Eo ipso, quia damnarunt Christum, venerunt Romani, & in ruinam dederunt urbem eorum. Jeroboam stabilire sibi voluit regnum contra familiam David, & eo ipso sibi regnum eripuit. S. punct. 24.

Cum Judaei apud Pilatum sollicitarent, ut epigrapham in cruce mutaret, restitit illis firmiter, dicens: *Quod scripsi, scripsi!* Admiratur hoc S. Bernardinus, & querit, cur ergo Judaeis consentit in mortem Christi? Neque ad respectu humano in Consuetudinem: *Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris.* Si hoc Judaei etiam comminati fuissent in mutatione epigraphis, certe non minus in hanc, quam in mortem consentisset. B. Ser. 26. n. 38.

Servi Pontificum missi, ut Christum captarent, re infecta reduces dixerunt Dominis: *Nunquam sic locutus est homo.* Sumptici sunt igitur Dominus, quod servi cum Christo sentirent. Et ecce! Malchus, qui erat inter illos, ut Dominus separgaret ab ista suspitione, Christo coram Pontifice truculentam dedit alapam. In quam crudelis sit respectus humanus. S. punct. 3. de Pass. Dom. O mi Christiane Deus, quoties adhuc alapam accipis ob respectum humanum! hinc bene observandum illud: *Frater noster affici sicut pueri! Pueri enim*

multa faciunt ex timore, amore, & respectu! A. I. Lect. 4. n. 26.

Securitas & impunitas scelerum.

108. *Facit audacem in malo.*

Quamdiu Adamus in mente habuit minas Dei, *Qua die comederis, morte morieris*, sollicitè abstinuit a fructu prohibito: cum autem vidit, uxorem post gustatum pomum non statim mori, ausus est peccare, putans se esse securum. B. Ser. 6. nu. 18. Et Ser. 13. num. 23.

Cum satellites Saulis Davidem quaerent ad mortem, Michol ejus uxor dixit, eum aegrotare: cur non dixit eum dormire? quia fuisset incredibile eum dormire irato Rege. B. Ser. 19. n. 3. Item Ser. 27. n. 3. & seq.

Mater negligentis est securitas. B. Ser. 43. n. 1. Item Ser. 7. n. 28.

Si homo non timet, aut nihil habet, quod perdat, aut nescit se perdere posse: *Tua securitas*, ait Galdrus, *aut de impietate, aut de ignorantia est.* B. Ser. 43. nu. 6.

Simiae a lynce occiduntur, quia ab illo simulante mortem securas se credunt. B. Ser. 62. n. 18.

Cur Absalon ausus est rebellare contra Patrem? Respondetur, quia David Pater in illo non punivit alia scelera, praesertim fratricidium Ammonis: *Semper scelera*, ait S. Chrysostomus, dum non refecantur, crescant, & in augmenta facinorum prosilitur, quoties secuta impunitate peccatur. B. Ser. 35. n. 31.

Impunitas (& ex ea nata securitas) est incuria soboles, insolentia Mater, radix impudentiae, transgressionis nutrix, ait S. Bernardus. B. Ser. 69. n. 23. & seq.

Hec ipsa securitas parit inconsiderantiam, & negligentiam: ideo rogat S. Paulus suos Thessalonicenses, ut non cito dimittatis doctrinam meam: ubi Aretius: *Sciebat, quod si inconsiderate non fecissent, nunquam facissent.* B. Ser. 4. n. 6. Item Ser. 18. n. 27. Et Ser. 22. n. 11. & seq. M. conc. 43. §. 2. num. 8.

Ostrea cum in sole secura ferit, & concham aperit, cancer marinus in concham lapillum injicit, ut claudere se non possit, & sic ostrea devorat. Ita demon in animam stertentem, & sui securam lapillum, id est, tentationem injicit, ut successive perdat. Tu curam habe contra lapillum. B. Ser. 60. num. 14. & seq.

Ege-

Egestas, & abundantia opum.

109. *Sunt irritamenta peccatorum.*

REX Salomon a Deo petit: *Divitias & paupertatem ne dederis mihi*; quia utraque est irritamentum ad peccata. Et Egestas quidem, quia Israeliticis conquirentur: *Aegypto dedimus manus, ut sativaremus panem.* B. Ser. 2. n. 25. Christus loculus dedit Judae, ut non habeat excusationem, se egestate fuisse compulsum ad proditorem. B. Ser. 27. n. 27. Diabolus tentat Christum: cur tam temerarius fuit? Respondet Theodoretus: *Vidit hostis famem & sparavit victoriam.* B. Ser. 35. num. 12. & seq. Egestas urget ad crimen; hinc Salomon coram Deo deprecatus est egestatem, ait S. Hieronymus, ne compellatur facere, quod non vult. B. Ser. 67. n. 7. Et B. Ser. 79. n. 13. Propheta decipitur a Pseudo-Propheta, ut famem sceleris. S. punct. 27.

Abundantia autem seu affluxus opum trahit ad malitiam: Abraham rogavit in Aegypto uxorem, ut se forem suam diceret, & sic castitati uxoris, ac suae vitae consulere sitagebat: cur non hoc aequo rogavit in terra Chanaan? Respondeo: quia in Chanaan erat inopia rerum, in Aegypto vero affluxus, ait Mendoza: Censuit Abraham non inter famelicos homines, sed inter saturos pudicitiam uxoris periclitari. B. Ser. 67. n. 19.

PARS SECUNDA

Peccata contra virtutes theologicas & primo contra fidem.

Apostasia.

110. *Quibus gradibus ad eam pervenitur.*

ISRAELITAE oblici sunt omnium beneficiarum, & ad oillas reverti volebant: ita Apostatae gratiarum Dei obliviscuntur: 2. Poenitet eos, quod Deum venerant secuti sint. 3. De liberali potestate Dei desperant. C. Gen. c. 16. v. 3.

Julianus Apostata ex ambitione regni cum Magis, & Ariolis familiaritatem contrahit, dein semper fit peior, & denique fidem spurat. A. Lect. 9. §. 7.

HENRICUS VIII. Angliae Rex ex impuro amore erga Annam Bolenam a fide deficit, & eorum regnum miserabiliter in eandem ruinam post se trahit. A. Lect. 9. §. 7.

ORIGENES Vir Doctissimus ac praestantissimus in heresin labitur, teste Vincentio Lyrinensi, quia suae prudentiae plus nimis confidit, antiquitatis sanctam simplicitatem contempnit, seque omnibus aliis in Scripturarum expositione praetulit. D. 7. 23.

AMBICIO, obliuiscia, & inobedientia sunt gradus proximus ad impudentissimum apostasiam saltum; hinc habetur ab experientia, quod pessimi illi Sycophantae, qui ab Ecclesia deficiunt, plus ceteris in eam arda fringant, & quasi rabiosi canes allatrent eos, quos deseruerunt. Contra hoc recte illud Aristotelis valet: *Omnes res, quae a sua specie degenerant, Ant. 1. in multo deterioriorem abeunt, quam si eas 7. Polit. natura ingenerasset.* C. 2.

AD apostasiam culpam dilabitur, ait S. Gregorius, qui praesente hominibus delectatur. Bibl. Loh. v. Ambicio §. 10. num. 4.

III. Quantum a Deo puniatur.

CAROLOMANNUS a Clericatu apostatans dein a Patre deprehensus oculis privatur. C. Deur. c. 17. v. 7. & seq. ubi plura huius rei exempla.

Vae illis, qui in via Dei respiciunt: uxor Lot vesta est in Statuam salis, quia respexit, *suo exemplo fatuos condidit, in propolito sancto, quo tendunt proficientes, noxia curiositate retro non respicere debent*, ait S. Prosper. C. Gen. c. 19. v. 26.

Inter alias penas etiam ea est, quod apud illos ad quos transiunt, fidem non inveniunt. Famulus ad Religionem transiens, & ab ea revertens, ad Dominum suum confugit, fidelitatem tantam, quantum antea promittens: verum rejectus audire debuit: si Deo fidelis non mansisset, quomodo mihi eris? E. Religio. n. 2. Bibl. Loh. v. Fides §. 5. num. 48.

CONSTANTINOPOLI Vir patricius, Imperatori infensus, & ad Mahometem obsequentem transiit, & traditionem urbis magna vi auri, & unius Mahometis filiarum nuptis pacificatur. Capta urbe Mahometes eum convocans, quoniam, ajebat, filiam meam cum ingenti dote petis, Christianam pellem pium exuere debes, & iustitiam vivam exorari. T. num. 330.

CYPRIANUS terribilia eaque manifesta supplicia apostatarum, inquisiens. *Eccce*